



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXVIII. De vitijs, quæ opponuntur liberalitate. Et primo de auaritia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Ambr. lib. 1. cap. 28. circa prin. tomo 1.

Li. a. prof. 5.

Lib. 4. c. 1. ali quantulum a prin. tomo primo.

Lib. 1. c. 28. circa prin. tomo 1.

Lib. 1. Rheto. ric. cap. 9. n. 6. multum a prin. tomo 6.

& ¶ Ambro. dicit in 1. de Officiis, quod iustitia censuram tenet, liberalitas bonitatem. ergo liberalitas est maxima virtutum.

¶ 3 Præ. Homines honorantur, & amantur propter virtutem: sed ¶ Boetius dicit in lib. de consolat. Largitas maximè charos facit. & * Philo. dicit in 4. Eth. ¶ inter virtuosos maximè liberales amantur. ergo liberalitas est maxima virtutum.

SED CONTRA est, quod ¶ Ambro. dicit in lib. de Officiis, quod iustitia excellentior videtur liberalitate: sed liberalitas gratior. * Philo. etiam dicit in 1. Rhetor. quod fortes, & iusti maximè honorantur, & post eos liberales.

RESPONDEO. Dicendum, quod qualibet virtus tendit in aliquod bonum. Unde quanto aliqua virtus in maius bonum tendit, tanto melior est. Liberalitas autem tendit in aliquod bonum dupliciter. Vno modo, primo & per se: alio modo, ex consequenti. Primo quidem & per se tendit ad ordinandum propriam affectionem circa possessionem pecuniarum, & vitium. Et sic secundum hoc præferuntur liberalitati: & temperantia, quæ moderatur & concupiscentias, & delectationes pertinentes ad proprium corpus: & fortitudo, & iustitia, quæ ordinantur quodammodo in bonum commune, una quidem tempore pacis, alia vero tempore belli. Et omnibus præferuntur virtutes, quæ ordinantur in bonum diuinum: nam bonum diuinum præeminet cuilibet bono humano. Et in bonis humanis bonum publicum præeminet bono priuato, in quibus bonum corporis præeminet bono exteriorum rerum. Alio modo, ordinatur liberalitas ad aliquod bonum ex consequenti: & secundum hoc liberalitas ordinatur in omnia bona prædicta. Ex hoc enim, quod homo non est amantius pecuniam, sequitur quod de facili vitatur ea, & ad seipsum, & ad utilitatem aliorum, & ad honorem Dei: & secundum hoc habet quandam excellentiam ex hoc, quod utilis est ad multa. Quia tamen unumquodque magis iudicatur secundum id, quod primo, & per se comperit ei, quam secundum id quod consequenter se habet: ideo dicendum est liberalitatem non esse maximam virtutem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod datio diuina provenit ex eo, quod amat homines quibus dat, non autem ex eo, quod afficiatur ad ea quæ dat: & ideo magis videtur pertinere ad charitatem, quæ est maxima virtutum, quam ad liberalitatem.

AD SECUNDUM dicendum, quod qualibet virtus participat rationem boni, quantum ad emissionem proprii actus. Actus autem quarundam aliarum virtutum meliores sunt, quam pecunia, quam emittit liberalis.

AD TERTIUM dicendum, quod liberales maximè amantur, non quidem amicitia honesti, quasi sint meliores, sed amicitia utilis, quia sunt utiliores in exterioribus bonis, quæ communiter homines maximè cupiunt: & etiam propter eandem causam clari redduntur.

¶ Super Questionis 118. Articulum primum.

IN art. 1. q. 118. dubium occurrit circa illud, Mensura diuiciarum est, prout sunt necessarie ad vitam hominis secundum suam conditionem.

QVAESTIO CXVIII.

De vitijs liberalitati oppositis, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de vitijs liberalitati oppositis.

Et primo, de auaritia. Secundo, de prodigalitate.

CIRCA primum quaritur octo.

- ¶ Primo, Vtrum auaritia sit peccatum.
- ¶ Secundo, Vtrum sit speciale peccatum.
- ¶ Tertio, Cui virtuti opponatur.
- ¶ Quarto, Vtrum sit peccatum mortale.
- ¶ Quinto, Vtrum sit grauissimum peccatorum.
- ¶ Sexto, Vtrum sit carnale, vel spirituale peccatum.
- ¶ Septimo, Vtrum sit vitium capitale.
- ¶ Octauo, de filiabus eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum auaritia sit peccatum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod auaritia non sit peccatum. Dicitur enim auaritia quasi æris auaritas, quia scilicet in appetitu pecunie consistit, per quam omnia exteriora bona intelligi possunt, sed appetere exteriora bona non est peccatum: naturaliter enim homo ea appetit, tum quia subiecta sunt homini naturaliter, tum quia per ea vita hominis conseruatur, unde & substantia hominis dicitur. ergo auaritia non est peccatum.

¶ 2 Præ. Omne peccatum, aut est in Deum, aut in proximum, aut in seipsum, ut supra habetur: sed auaritia non est proprie peccatum contra Deum. non enim opponitur neque religioni, neque iuribus Theologicis, quibus homo ordinatur in Deum. neque est peccatum in seipsum: hoc enim proprie pertinet ad gulam, & luxuriam, de qua Apostolus dicit 1. ad Corinth. 6. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. Similiter etiam non uidetur esse peccatum in proximum, quia per hoc quod homines tenet sua, nulli facit iniuriam: ergo auaritia non est peccatum.

¶ 3 Præ. Ea quæ naturaliter adueniunt, non sunt peccata: sed auaritia naturaliter consequitur facultatem, & quemlibet defectum, ut ¶ Philo. dicit in 4. Ethico. ergo auaritia non est peccatum.

SED CONTRA est, quod dicitur ad Hebr. vlti. Sint mores sine auaritia, contenti presentibus.

RESPON. Dicendum, quod quibuslibet bonum consistit in debita mensura, necesse est, quod per excessum, vel diminutionem illius mensuræ malum proveniat. In omnibus autem quæ sunt propter bonum, bonum consistit in quodam mensura. Nam ea, quæ sunt ad iudicium rationis, non sunt nisi in mensura.

quoque propter quem diuitie sunt secundum rationem re-

alijs virtutibus, quibus homo idoneus redditur ad mutandum

neceffe est commensurari fini, sicut medicina sanitati, ut patet per Philosophum in 1. Polit. Bona autem exteriora habent rationem vtilium ad finem, sicut dictum est. Unde necesse est, quod bonum hominis circa ea consistat in quadam mensura, dum scilicet homo secundum aliquam mensuram querit habere exteriores diuitias, prout sunt necessariae ad vitam eius secundum suam conditionem: & ideo in excessu huius mensurae consistit peccatum, dum scilicet aliquis supra debitum modum vult eas acquirere, uel retinere: quod pertinet ad rationem auaritia, quae diffinitur esse immoderatus amor habendi. Unde patet quod auaritia est peccatum.

vita carnalia. Ex consequenti autem est peccatum in Deum, sicut & omnia peccata mortalia, in quantum homo propter bonum temporale contemnit aeternum. Ad 111. dicendum, quod inclinationes naturales sunt regulandae secundum rationem, quae principatum tenet in natura humana: & ideo quamuis senes propter naturae defectum a vitijs exteriorum rerum inquirent subsidia, sicut & omnis indigens quare suae indigentiae supplementum: non tamen a peccato excusantur, si debitam rationis mensuram circa diuitias excedant.

ARTICVLVS II.

Utrum auaritia sit speciale peccatum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod appetitus rerum exteriorum est homini naturalis, ut eorum quae sunt propter finem: & ideo in tantum vicio caret, in quantum contrinetur sub regula sumpta ex ratione finis. Auaritia autem hanc regulam excedit, & ideo est peccatum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod auaritia non sit speciale peccatum. Dicit enim Augustinus in libro de liber. arbit. Auaritia, quae Graece philargyria dicitur, non in solo argento, vel in nummis, sed in omnibus rebus quae immoderate cupiuntur, intelligenda est: sed in omni peccato est cupiditas immoderata alicuius rei, quia peccatum est spreto bono incommutabili, bonis commutabilibus inherere, ut supra habitum est. Ergo auaritia est generale peccatum.

AD 11. dicendum, quod auaritia potest importare immoderantiam circa res exteriores dupliciter. Vno modo immediate, quantum ad acceptionem, uel conseruationem ipsarum, ut scilicet homo plus debito eas acquirat, uel conseruet. Et secundum hoc est directe peccatum in proximum: quia in exterioribus diuitijs non potest unus homo superabundare, nisi alteri deficiat, quia bona temporalia non possunt simul possideri a multis. Alio modo, potest importare immoderantiam circa interiores affectiones, quas quis ad diuitias habet, puta, quod immoderate aliquis diuitias amet, aut desideret, aut delectetur in eis. Et sic auaritia est peccatum hominis in seipsum: quia per hoc deordinatur eius affectus, licet non deordinetur corpus, sicut

¶ 2 Praet. Secundum Isidorum in libro. Etymol. auarus dicitur, quasi auidus ariis, id est, pecuniae, unde & in greco auaritia philargyria nominatur, id est amor argenti: sed sub argento, per quod pecunia significatur, significantur omnia bona exteriora, quorum pretium potest numismate mensurari, ut supra habitum est. ergo auaritia consistit in appetitu cuiuslibet exterioris rei, ergo vbi esse generale peccatum.

AD 11. dicendum, quod auaritia potest importare immoderantiam circa res exteriores dupliciter. Vno modo immediate, quantum ad acceptionem, uel conseruationem ipsarum, ut scilicet homo plus debito eas acquirat, uel conseruet. Et secundum hoc est directe peccatum in proximum: quia in exterioribus diuitijs non potest unus homo superabundare, nisi alteri deficiat, quia bona temporalia non possunt simul possideri a multis. Alio modo, potest importare immoderantiam circa interiores affectiones, quas quis ad diuitias habet, puta, quod immoderate aliquis diuitias amet, aut desideret, aut delectetur in eis. Et sic auaritia est peccatum hominis in seipsum: quia per hoc deordinatur eius affectus, licet non deordinetur corpus, sicut

¶ 3 Praet. Super illud ad Roma. 7. Na edeupiscentiam nesciebā &c.

AD 11. dicendum, quod auaritia potest importare immoderantiam circa res exteriores dupliciter. Vno modo immediate, quantum ad acceptionem, uel conseruationem ipsarum, ut scilicet homo plus debito eas acquirat, uel conseruet. Et secundum hoc est directe peccatum in proximum: quia in exterioribus diuitijs non potest unus homo superabundare, nisi alteri deficiat, quia bona temporalia non possunt simul possideri a multis. Alio modo, potest importare immoderantiam circa interiores affectiones, quas quis ad diuitias habet, puta, quod immoderate aliquis diuitias amet, aut desideret, aut delectetur in eis. Et sic auaritia est peccatum hominis in seipsum: quia per hoc deordinatur eius affectus, licet non deordinetur corpus, sicut

IN articulo secundo, hoc solum notandum occurrit, quod nomine pecuniae ut est materia auaritia, non intelligitur quicquid est pecunia comparabile, sed solummodo quicquid habet rationem boni vtilis. Ita quod cum pecunia ex sua ratione habeat rationem boni vtilis, ut principale sui generis, boni vtilis, ponitur obiectum auaritia, ducens secum totum suum genus. Cum autem audis auaritia obiectum esse bonum utile tantum, memento, ut intelligas id, quod per se est de genere bonorum vtilium, ut sunt agri, ouilia, armenta, & huiusmodi: quoniam per accidens etiam honor, & uoluptas possunt spectare ad utilia. I. ex intentione alicuius appetentis haec, non propter se, sed propter lucrum. Obiecta namque, & materiae uirtutum, & uiciorum penes ea quae per se insunt, distinguuntur, & non penes ea quae sunt per accidens.

Super

Est Augu. in
lib. de spiri
tu, & littera,
ca. 4. a medi
seal. 3.

dicit * gloss. Bona est lex, quae dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet: uidetur autem lex specialiter prohibere concupiscentiam auaritia. unde dicitur Exod. 20. Non concupisces rem proximi tui. ergo concupiscentia auaritia est omne malum. Et ita auaritia est generale peccatum.

SED CONTRA est, quod ad Ro. 1. Auaritia connumeratur inter alia specialia peccata, ubi dicitur. Repletus omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia &c.

e. 2. q. 72. ar.
quo. 1.

RESP. Dicendum, quod peccata fortuantur speciem secundum obiecta, ut supra habitum est: obiectum autem peccati est illud bonum in quod tendit inordinatus appetitus. & ideo ubi est specialis ratio boni, quod inordinate appetitur, ibi est specialis ratio peccati.

Alia autem est ratio boni utilis, & boni delectabilis: diuitiarum autem secundum se habent rationem utilis. Ea enim ratione appetuntur in quantum in usum hominis cedunt: & ideo speciale quoddam peccatum est auaritia, secundum quod est immoderatus amor habendi possessiones, quae nomine pecuniae designantur, ex qua sumitur auaritia nomen. Verum quia uerbum habendi secundum primariam impositionem ad possessiones pertinet uidetur, quarum sumus totaliter domini, ad multa alia deriuatur. Sicut dicitur homo habere sanitatem, uxorem, uestimentum, & alia huiusmodi, ut patet in praedicamentis, per consequens etiam, & nomen auaritiae ampliatum est ad omnem immoderatum appetitum habendi quaecumque rem, sicut * Gregor. dicit in quadam Homilia. quod auaritia est non solum pecuniae, sed etiam scientiae, & altitudinis, cum supra debitum modum sublimitas ambitur: & secundum hoc auaritia non est speciale peccatum. Et hoc etiam modo loquitur * August. de auaritia in autoritate inducta. Unde patet responsio ad Primum.

Homil. 6. in
Euang. in cer
prin. & mc.

Citata in ar
gum. 1.

AD II. Dicendum, quod omnes res exteriores, quae ueniunt in usum humanae uitae, nomine pecuniae intelliguntur, in quantum habent rationem boni utilis. Sunt autem quaedam exteriora bona, quae potest aliquis pecunia consequi, sicut uoluptates, & honores, & alia huiusmodi, quae habent aliam rationem appetibilitatis: & ideo illorum appetitus non proprie dicitur auaritia, secundum quod est uitium speciale.

AD III. Dicendum, quod gloss. illa loquitur de concupiscentia inordinata cuiuscumque rei. Potest enim intelligi, quod per prohibitionem concupiscentiae rerum possessorum, prohibeantur quarumcumque rerum concupiscentiae, quae per res possesse haberi possunt.

Super Quaestio
118. Articulus ter
tium, & quartum.

ARTICULVS III.

Utrum auaritia opponatur liberalitati.

Supr. q. 107.
art. 2. cor. &
q. 118. art. 5.
ad 3. & mal.
q. 13. art. 2.
ad 10. & 4.
Echi. 12. a.
per totum, &
12. 5. fin.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod auaritia non opponatur liberalitati, quia supra illud Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, * Chrys. dicit, quod duplex est iustitia, una generalis, & alia specialis, cui opponitur auaritia. & hoc idem * Philof. dicit in 5. Ethico. ergo auaritia non opponitur liberalitati.

Homil. 6.
ex eandem lo
eis in Matte
tomo 2.
Lib. 5. c. 1. &
2. tomo 5.

AD II. Dicendum, quod iustitia proprie statuit mensuram in acceptione, & conseruatione debiti legalis, secundum rationem debiti legalis, ut homo non accipiat, nec retineat alienum: sed liberalitas constituit mensuram rationis generalis, quidem in interioribus affectionibus, & per consequens in exteriori acceptione, & conseruatione pecuniarum, & emittit ne earum, secundum quod exteriori affectione procedunt, non obediunt rationem debiti legalis, sed debiti moralis, quod attenditur

directe opponitur iustitiae, & non liberalitati.

¶ 3. Pre. Liberalitas est uirtus media inter duo uitia contraria, ut patet per * Phil. in 2. & 4. Ethic. sed auaritia non habet partem contrariam, & ut patet per * Phil. in 5. Ethic. ergo auaritia non opponitur liberalitati.

SED CONTRA est, quod sicut dicitur Ecc. 5. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: sed non implebitur pecunia, & inordinate eas amare est contrarium liberalitati, quod in appetitu diuitiarum medium tenet, ergo auaritia opponitur liberalitati.

RESP. Dicendum, quod auaritia importat immoderantiam quandam circa diuitias modice. Vno modo, immediate circa ipsam acceptiorem, & conseruationem diuitiarum, in quantum scilicet aliquis acquirit pecuniam ultra debitum aliena surripiendo, uel retinendo, & sic opponitur iustitiae. Et hoc modo accipitur auaritia Ezech. 22. ubi dicitur. Princeps eius in medio eius quasi lupi rapientes praedam ad effundendum sanguinem, & auara lucra sectanda. Alio modo, importat immoderantiam circa interiores affectiones diuitiarum, puta, cum quis nimis amat, uel desiderat diuitias, aut nimis delectatur in eis, et si nolit rapere aliena: & hoc modo, auaritia opponitur liberalitati, quae moderatur huiusmodi affectiones, ut dicitur in 2. ad Cor. 9. Praeparate uos ad modum, ut non sitis inopiae, quod est inopiae benedictionem habere paratam esse, & sic quasi benedictionem, non quasi auaritia, quod scilicet, ut doleat pro dato, & parum sit quod dedit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Chrys. & Philofophus loquuntur de auaritia primo modo dicta. Auaritiam autem secundo modo dictam nominat Philofophus illiberalitatem.

AD II. Dicendum, quod iustitia proprie statuit mensuram in acceptione, & conseruatione debiti legalis, secundum rationem debiti legalis, ut homo non accipiat, nec retineat alienum: sed liberalitas constituit mensuram rationis generalis, quidem in interioribus affectionibus, & per consequens in exteriori acceptione, & conseruatione pecuniarum, & emittit ne earum, secundum quod exteriori affectione procedunt, non obediunt rationem debiti legalis, sed debiti moralis, quod attenditur

AD III. Dicendum, quod gloss. illa loquitur de concupiscentia inordinata cuiuscumque rei. Potest enim intelligi, quod per prohibitionem concupiscentiae rerum possessorum, prohibeantur quarumcumque rerum concupiscentiae, quae per res possesse haberi possunt.

secundum regulam rationis.
 AD TERTIUM dicendum, quod auaritia secundum quod opponitur iustitiae, non habet vitium oppositum, quia auaritia consistit in plus habendo quam debeat secundum iustitiam. Et huic opponitur minus habere, quod non habet rationem culpe, sed poenae: sed auaritia secundum quod opponitur liberalitati, habet vitium prodigalitatis oppositum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum auaritia semper sit peccatum mortale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod auaritia semper sit peccatum mortale. Nullus enim est dignus morte, nisi pro peccato mortali: sed propter auaritiam homines digni sunt morte. Cum n. apost. ad Roma. i. praemississet, Repletos omni iniquitate, fornicatione, auaritia &c. subdit, qui talia agunt, digni sunt morte. ergo auaritia est peccatum mortale.

¶ 2 Praet. Minimum in auaritia est quod aliquis inordinate retineat sua: sed hoc videtur esse peccatum mortale. dicit n. * Basil. Est panis famelicis quem tu tenes, nudi tunica quam coferuas, indigetis argentum quod possides. Quocirca tot iniuriarum, quot exhibere valeres, sed iniuriari alteri est peccatum mortale, quia contrariatur dilectioni proximi. ergo multo magis omnis auaritia est peccatum mortale.

¶ 2 Praet. Nullus excecatur spirituali caecitate, nisi per peccatum mortale, quod animam priuat lumine gratiae: sed secundum Chrysost. tenebra animae est pecuniarum cupiditas. Ergo auaritia, quae est pecuniarum cupiditas, est peccatum mortale.

SED CONTRA est, quod I. ad Corinth. 3. super illud, Si quis aedificauerit super hoc fundamentum &c. dicitur quod lignum, foenum, & stipulam superaedificat ille qui cogitat quae mundi sunt, quomodo placeat mundo, quod pertinet ad peccatum auaritiae. Ille autem qui aedificat lignum, foenum, & stipulam, non peccat mortaliter, sed venialiter. De eo enim dicitur quod saluus erit sic quasi per ignem. ergo auaritia quandoque est veniale peccatum.

RESPOND. Dicendum, quod sicut dicitur, dicitur est, auaritia dupliciter dicitur. Vno modo, secundum quod opponitur iustitiae, & hoc modo ex genere suo est peccatum mortale. Sic n. ad auaritiam pertinet quod aliquis iniuste accipiat, vel retineat res alienas, quod pertinet ad

Arapiam, vel furtum, quae sunt peccata mortalia, ut supra habitum est. Contingit tamen in hoc genere auaritiae aliquid esse peccatum veniale propter imperfectionem actus, sicut supra dictum est, cum de furto ageretur. Alio modo potest accipi auaritia secundum quod opponitur liberalitati, & secundum hoc importat inordinatum amorem diuitiarum. Si ergo intantum amor diuitiarum crescat, quod praefatur charitati, ut scilicet propter amorem diuitiarum aliquis non vereatur facere contra amorem Dei, & proximi, sic auaritia erit peccatum mortale. Si autem inordinatio amoris intra hoc sistat, ut scilicet homo, quantumuis superflue diuitias amet, non tamen praefert earum amorem amori diuino, ut si propter diuitias non velit aliquid facere contra Deum, & proximum, sic auaritia est peccatum veniale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod auaritia connumeratur peccatis mortalibus secundum illam rationem, quia est peccatum mortale.

AD SECUNDVM dicendum, quod Basil. loquitur in illo casu, in quo aliquis tenetur ex debito legali bona sua pauperibus erogare vel propter periculum necessitatis, vel etiam propter superfluitatem debitorum.

AD TERTIUM dicendum, quod cupiditas diuitiarum obtenebrat animam proprie, quoniam excludit lumen charitatis, praefert deo amorem diuitiarum amori diuino.

ARTICVLVS V.

Vtrum auaritia sit maximum peccatorum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod auaritia sit maximum peccatorum. Dicitur n. Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. & postea subditur. Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim & animam suam venale habet. & * Tullius dicit in 1. de Offic. Nihil est tantum angustum animi, tamque paruum, quam amare pecuniam: sed hoc pertinet ad auaritiam. ergo auaritia est grauissimum peccatorum.

¶ 2 Praet. Tanto aliquod peccatum est grauius, quanto magis charitati contrariatur, sed auaritia maxime contrariatur charitati. dicit enim * Aug. in lib. 8. 3. quod venenum charitatis est cupiditas. ergo auaritia est maximum peccatorum.

¶ 3 Praet. Ad grauitatem peccati pertinet quod sit incurabile. Vnde & peccatum in Spiritum sanctum dicitur grauissimum, quia est irremissibile: sed auaritia est peccatum insanabile. vnde dicit * Phil. in 4. Eth.

Secunda Secundae S. Tho.

tra indigentium vilitatem occupatur, quod 66. ar. 6. quia quod in eorum vultu cedere debet, occupatur. Et ut Basil. dixit, ipsorum indigentium est ex debito, licet non de facto. Et ideo indigentibus sit iniuria non dispensando superflua, quam iniuriam princeps, qui custos iusti est, ex officio auferre potest, & debet, si constiterit euidenter.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum dicitur, quod licet nulli determinato pauperi sit acquisitum ius ut debeat sibi id quod diues habet de superfluo, quia ex arbitrio diuitis pendet dispensatio ut huic vel illi indigenti detur: quia tamen communi bono hominum acquisitum est ius, ut quae superflue vni, dentur indigentibus: ideo princeps, cuius est curam habere de communi bono, potest ex officio ad hoc cogere tales diuites. Et quia violario legalis debiti in diuitis iustitiam violat, non liberalitatem, ut patet ex littera, in iustitia autem ex suo genere est peccatum mortale, vitio contra bonum proximi, ut ex superius habitis didicimus ideo diues non dispensans superflua, sed cumulans ad emendum sibi dominium, ex sola ascendendi libidine non solum illicito agit propter libidinem dominandi, & inordinatum amorem pecuniae: sed mortaliter peccat contra proximum indigentem, occupando sibi superflua, quae pauperibus debentur, ex hoc ipso quod superflua sunt, ut habes ex Basilio, & littera &c. Et per hoc patet solutio duobus in 1. art. in soluti.

¶ Et quia violario legalis debiti in diuitis iustitiam violat, non liberalitatem, ut patet ex littera, in iustitia autem ex suo genere est peccatum mortale, vitio contra bonum proximi, ut ex superius habitis didicimus ideo diues non dispensans superflua, sed cumulans ad emendum sibi dominium, ex sola ascendendi libidine non solum illicito agit propter libidinem dominandi, & inordinatum amorem pecuniae: sed mortaliter peccat contra proximum indigentem, occupando sibi superflua, quae pauperibus debentur, ex hoc ipso quod superflua sunt, ut habes ex Basilio, & littera &c. Et per hoc patet solutio duobus in 1. art. in soluti.

¶ Ad tertiū dicendum, quod cupiditas diuitiarum obtenebrat animam proprie, quoniam excludit lumen charitatis, praefert deo amorem diuitiarum amori diuino.

ARTICVLVS V.

Vtrum auaritia sit maximum peccatorum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod auaritia sit maximum peccatorum. Dicitur n. Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. & postea subditur. Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim & animam suam venale habet. & * Tullius dicit in 1. de Offic. Nihil est tantum angustum animi, tamque paruum, quam amare pecuniam: sed hoc pertinet ad auaritiam. ergo auaritia est grauissimum peccatorum.

¶ 2 Praet. Tanto aliquod peccatum est grauius, quanto magis charitati contrariatur, sed auaritia maxime contrariatur charitati. dicit enim * Aug. in lib. 8. 3. quod venenum charitatis est cupiditas. ergo auaritia est maximum peccatorum.

¶ 3 Praet. Ad grauitatem peccati pertinet quod sit incurabile. Vnde & peccatum in Spiritum sanctum dicitur grauissimum, quia est irremissibile: sed auaritia est peccatum insanabile. vnde dicit * Phil. in 4. Eth.

Secunda Secundae S. Tho.

Super Questionem conuincit in articulo quinto.

Q. 36. paulo a prin. com. 4. Li. 4. c. 3. de clinando ad sine, tom. 5.

In ar. 5. caue ne in verbis litterae erres, aut fluctues, legens quod priuatio boni formaliter se habet in peccato: conuersio autem ad bonum commutabile materialiter. Memento quod de peccato in genere mali simpliciter.

Phil. 15.

Li. 1. in c. cu. ius titul. est. Vera magna nimitas in duobus sita est.

Q. 36. paulo a prin. com. 4. Li. 4. c. 3. de clinando ad sine, tom. 5.

placiter sermo est, cum comparantur inter se, quod eorum sit peius, ut hic fit. Constat autem formale peccati in genere mali simpliciter consistere in privatione, ut superius pluries dictum est.

D. 24.

furtum, ut habetur Prouerb. 6. furtum autem pertinet ad auaritiam, ergo auaritia non est grauissimum peccatorum.

RESPON. Dicendum, quod omne peccatum ex hoc ipso quod est malum, consistit in quadam corruptione, siue privatione alicuius boni. In quantum autem est voluntarium, consistit in appetitu alicuius boni. Dupliciter ergo ordo peccatorum potest attendi. Vno modo, ex parte boni quod per peccatum contemnitur, vel corrumpitur, quanto maius est, tanto peccatum grauius est: & secundum hoc peccatum quod est contra Deum, est grauissimum, & sub hoc est peccatum quod est contra personam hominis, sub quo est peccatum, quod est contra res exteriores, quae sunt ad usum hominis deputatae: quod videtur ad auaritiam pertinere. Alio modo potest attendi gradus peccatorum ex parte boni, cui inordinate subditur appetitus humanus, quod quanto minus est, tanto peccatum est deformius. Turpius est enim subesse inferiori bono, quam superiori. Bonum autem exteriorum rerum est infimum inter humana bona: est enim minus quam bonum corporis, quod etiam minus est quam bonum animae, quod exceditur a bono diuino. Et secundum hoc peccatum auaritia, quo appetitus humanus subijcitur etiam exterioribus rebus, habet quodammodo deformitatem maiorem. Quia tamen corruptio, vel privatio boni, formaliter se habet in peccato: conuersio autem ad bonum commutabile materialiter, magis est iudicanda grauitas peccati ex parte boni quod corrumpitur, quam ex parte boni, cui subijcitur appetitus. Et ideo dicendum est, quod auaritia non est simpliciter maximum peccatorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod auctoritates illae loquuntur de auaritia ex parte boni, cui subditur appetitus. Vnde & in Ecclesiast. pro ratione subditur, quod auarus suam animam habet venalem, quia videlicet animam suam, id est vitam suam exponit periculis pro pecunia. & ideo subdit, Quoniam in vita sua proiecit, id est contempsit, intima sua, ut scilicet pecuniam lucraretur. * Tullius etiam addit hoc esse angusti animi, ut scilicet, velit pecuniae subijci.

Loco citato in argu.

AD SECUNDUM dicendum, quod August. ibi accipit cupiditatem generaliter cuiuscumque temporalis boni, non secundum quod accipitur specialiter pro auaritia. Cupiditas enim cuiuscumque temporalis boni est venenum charitatis, in quantum, scilicet homo spernit bonum diuinum propter hoc, quod inharet bono temporali.

D. 1005.

D. 1019.

AD TERTIUM dicendum, quod aliter est insanabile peccatum in Spiritum sanctum, & aliter auaritia. Nam peccatum in Spiritum sanctum est insanabile ex parte contemptus, puta, quia homo contemnit, vel misericordiam, vel iustitiam diuinam, aut aliquid horum, per quae hominis peccata sanantur: & ideo talis insanabilitas pertinet ad maiorem grauitatem peccati. Auaritia vero habet insanabilitatem ex parte defectus humani, in quem scilicet, semper procedit humana natura, quia quod aliquis est magis deficiens, eo magis

indiget adminiculo exteriorum magis in auaritiam labitur. Vnde peccatitas non ostenditur peccatitas quodammodo per hoc est peccatitas. AD QVARTVM dicendum, quod auaritia est idolatrie per quam similitudo ad ipsam: quia sicut idolatra subijcitur terriori, ita etiam auarus, non tamquam sed idolatra quidem subijcitur se creaturae exteriori immoderate modo ad usum, non tamen ad cultum: portet quod auaritia habeat tantam grauitatem tam habet idolatria.

ARTICVLVS VI.

Utrum auaritia sit peccatum spirituale.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur quod auaritia non sit peccatum spirituale. Peccata enim spiritualia videtur esse circa spiritualia bona: sed materia auaritia sunt bona corporalia, scilicet, exteriora diuitiae. ergo auaritia non est peccatum spirituale.

¶ 2. Praet. Peccatum spirituale contra carnale diuiditur: sed auaritia videtur esse peccatum carnale. Sequitur enim corruptio carnis, ut patet in senibus, qui propter naturae carnalis defectum in auaritiam incidunt, ergo auaritia non est peccatum spirituale.

¶ 3. Praet. Peccatum carnale est peccatum quod etiam corpus hominis deordinatur, secundum illud Ap. 1. ad Corin. 6. Qui fornicatur, corpus suum peccat: sed auaritia etiam corporaliter hominem deordinat, unde & * Chrys. Marc. 9. Conparat auarum demoniacum, qui corpore vexatur. ergo auaritia non videtur esse peccatum spirituale.

SED CONTRA est, quod Greg. 31. Moral. computat auaritiam cum vitijs spiritualibus.

RESPON. Dicendum, quod peccata praecipue in affectu consistunt. Omnes autem affectus animae, siue passiones terminantur ad delectationes, & tristitias, ut patet per * Philo. in 1. Ethico. Delectationum autem quaedam sunt carnales, & quaedam spirituales. Carnales quidem delectationes dicuntur, quae in sensu carnis complentur, sicut delectationes ciborum, & reuerentorum. Delectationes vero spirituales dicuntur, quae complentur in sola animae apprehensione. Illa ergo peccata dicuntur carnalia, quae pertinent in delectationibus carnalibus.

erionem
Vnde
ccum
periculi
quod
liberum
quod
tamen
de
cultum
nam

illa vero dicitur spiritualia, quae perficiuntur in spiritualibus delectationibus absque carnali delectatione: & huius est auaritia. Delectatur enim avarus in hoc, quod confidat se possessorem diuitiarum: & id auaritia est peccatum spirituale.

Ad primum ergo dicendum, quod auaritia circa corporale obiectum non quaerit delectationem corporalem, sed solum animale, puta scilicet homo in hoc delectatur, quod diuitias possideat: & id non est peccatum carnale. Ratione tamen obiecti medium est inter peccata pure spiritualia, quae quaerunt delectationem spirituales circa obiecta spiritualia, sicut superbia est circa excellentiam: & vitia pure carnalia, quae quaerunt delectationem pure corporalem, circa obiectum corporale.

Ad II. Dicendum, quod motus recipit speciem secundum terminum ad quem, non autem secundum terminum a quo. Et ideo vitium dicitur carnale ex hoc, quod tendit in delectationem carnalem, non autem ex eo, quod procedit ex aliquo defectu carnis.

Ad III. Dicendum, quod Chryso. comparat avarum demoniacum, non quia vexetur in carne sicut demoniacus, sed per oppositum: quia sicut demoniacus ille, de quo legitur Marc. 5. se denudabat, ita avarus se superfluis diuitiis onerat.

ARTICVLVS VII.

Utrum auaritia sit uitium capitale.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod auaritia non sit uitium capitale. Auaritia enim opponitur liberalitati, sicut medio, & prodigalitati, sicut extremo: sed neque liberalitas est

principalis virtus, neque prodigalitas uitium capitale, ergo auaritia non debet poni uitium capitale.
¶ 2. Præter. Sicut supra dictum est, illa dicuntur esse vitia capitalia, quae habent principales fines, ad quos ordinantur fines aliorum uitiorum: sed hoc non competit auaritia, quia diuitiarum non habent rationem finis, sed magis rationem eius, quod est ad finem, ut dicitur in 1. Ethico. ergo auaritia non est uitium capitale.
¶ 3. Præterea. ¶ Grego. dicit in 5. Moral. quod auaritia quandoque oritur ex elatione, quandoque per timorem. Dum enim quidam desicere sibi ad sumptum necessaria aestimant, mentem ad auaritiam relaxant. Sunt alii qui dum potentiores videri appetunt, ad alienarum rerum ambitum succeduntur, ergo auaritia magis oritur ab aliis vitis, quam ipsa sit uitium capitale respectu aliorum.
Sed contra est, quod Grego. 3. 1. Moral. ponit auaritiam inter vitia capitalia.
Respon. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Vitium capitale dicitur ex quo alia vitia oriuntur, secundum rationem finis, qui cum sit multum appetibilis, propter eius appetitum homo procedit ad multa faciendia uel bona, uel mala. Finis autem ma-

aximè appetibilis est beatitudo, vel felicitas, qui est ultimus finis humanae uitae, ut supra habitum est: & ideo quanto aliquid magis participat conditiones felicitatis, tanto magis est appetibile. Est autem una de conditionibus felicitatis, ut sit per se sufficiens, alioquin non quieret appetitum tamquam ultimus finis: sed per se sufficientiam maximè reprohibit diuitiarum, ut Boetius dicit in 3. de Consol. cuius ratio est, quia sicut ¶ Philo. dicit in 5. Ethico. denario utimur quasi fideiussore ad omnia habenda. & Eccl. 10. dicitur, quod pecunia obediunt omnia. & ideo auaritia, quae consistit in appetitu pecuniae, est uitium capitale.

Ad primum ergo dicendum, quod uirtus perficitur secundum rationem. Vitium autem perficitur secundum inclinationem appetitus sensitui. Non autem ad id genus principaliter respicit ratio, & appetitus sensituius: & ideo non oportet, quod principale vitium opponatur principali uirtuti. Vnde licet liberalitas non sit principalis uirtus, quia non respicit ad principale bonum rationis: auaritia tamen est principale uitium, quia respicit ad pecuniam, quae habet quandam principalitatem inter bona sensibilia ratione iam dicta. Prodigalitas autem non ordinatur ad aliquem finem principaliter appetibilem, sed magis uidetur procedere ex defectu rationis. Vnde ¶ Philo. dicit in 4. Ethic. quod prodigus magis dicitur vanus, quam malus.

Ad II. Dicendum, quod pecunia ordinatur quidem ad alium finem: in quantum tamen utilis est ad omnia sensibilia acquirenda, continet quodammodo uirtute omnia. Et ideo habet quandam similitudinem felicitatis, ut dictum est.

Ad III. Dicendum, quod nihil prohibet uitium capitale interdum a quibusdam aliis oriri, ut dictum est, dum tamen ex eo alia vitia soleant plerumque oriri.

ARTICVLVS VIII.

Utrum proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, uolentia, & contra misericordiam obduratio, sint auaritia filiae.

Ad octauum sic proceditur. Videtur, quod non sint auaritia filiae quae dicuntur, scilicet, proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, uolentia, & contra misericordiam obduratio. Auaritia enim opponitur liberalitati, ut dictum est: proditio autem, fraus, & fallacia, opponuntur prudentiae, periuria religioni, inquietudo spei, uel charitati, quae quiescit in amato. uolentia opponuntur iustitiae, obduratio misericordiae: ergo huiusmodi vitia non pertinent ad auaritiam.

¶ 2. Præter. Proditio, dolus, & fallacia, ad idem pertinere uidentur, scilicet ad proximi deceptionem, ergo non debent omnia enumerari tanquam diuersae filiae auaritia.

¶ 3. Præter. Ildo. ponit nouem filias, uidelicet, mēdaciū, fraus, furtum, periurium, & turpis lucri appetitus, falsa testimonia, uolentia, inhumanitas, rapacitas, ergo prima assignatio filiarum fuit insufficientis.

¶ 4. Præter. ¶ Phil. in 4. Ethic. ponit multa genera uitiorum pertinentium ad auaritiam, quam nominat il-liberalitatem, uidelicet, parcus, tenaces, chimbiles, libetales operationes opantes, & de meretricio pastos, & usurarios, aleatores, & mortuorum spoliatores, & Secunda Secundae S. Th. NN 2 la-

1. 2. q. 1. art. 4. 7. & 8.

Lib. 3. pro 2. circa mediu. Lib. 3. Ethic. c. 5. tomo 5.

D. 1003. & 1028. & 1179.

In corp. ar.

Lib. 4. cap. 1. a. m. d. tomo 3.

In corp. ar.

Q. 36. arti. 4. ad 1. & 2. q. 84. ar. 4. 1.

Supr. q. 55. artic. 8. & 2. dist. 43. q. 2. art. 3. & ma. q. 8. artic. 1. cor. & q. 13. artic. 3.

Lib. 4. cap. 1. declinando ad finem.

latrones . ergo videtur, quòd prædicta enumeratio sit insufficiens.

Lib. 4. Ethic. c. 1. circa finem.

Lib. 3. c. 31. D. 30a.

Præter Tyranni maximè violentias subditis inferunt. Dicit autè * Philo. ibidem, q̄ tyrannos ciuitates defolantes, & sacra prædantes nõ dicimus illiberales, i. auaros. ergo violentia non debet poni filia auaritia.

SED CONTRA est, quòd * Greg. 31. Moral. assignat auaritiæ filias prius enumeratas.

RESPON. Dicendum, q̄ filia d̄ auaritiæ dicuntur vitia, quæ ex ipsa oriuntur, & præcipuè secundum appetitum finis. Quia verò auaritia est superfluous amor habendi diuitias, in duobus excedit. Primò enim superabundat in retinendo: & ex hac parte oritur ex auaritia obduratio contra misericordiam, quia scilicet cor eius misericordia nõ emollitur, vt de diuitijs suis subueniat miseris. Secundo, ad auaritiam pertinet superabundare in accipiendo: & secundum hoc auaritia potest considerari dupliciter. Vno modo s̄m quod est in affectu: & sic ex auaritia orit̄ inquietudo, in quantum ingerit homini sollicitudinẽ, & curas superfluas. Auarus enim nõ implebitur pecunia, vt dicitur Eccl. 5. Alio modo, potest considerari in effectu: & sic in acquirendo aliena vitur quandoq; quidem vi, quod pertinet ad violentias: quandoque autem dolo, quod quidẽ si fiat in verbo, fallacia erit quantum ad simplex verbum, periurium autem, si addatur confirmatio iuramenti. Si autem dolus committitur in opere, sic quantum ad res erit fraus: quantum autem ad personas, erit proditio, vt patet de luda, qui ex auaritia prodidit Chritum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quòd non oportet filias alicuius peccati capitalis ad idem genus vitij pertinere: quia ad finem vnius vitij possunt ordinari etiam peccata alterius generis. Aliud est enim peccatum habere filias, & peccatum habere species.

AD SECUNDUM dicendum, quòd illa tria distinguuntur, sicut * dictum est.

In corp. ar.

AD TERTIUM dicendum, quòd illa nouem reducuntur ad septem prædicta: nam mendaciũ, & falsum testimonium continentur sub fallacia. Falsum enim testimonium est quædam specificatio mendacij, sicut & furtum est quædam specificatio fraudis, vnde sub fraude continetur. Appetitus autem turpis lucri pertinet ad iniquitatem. Rapacitas autem continetur sub violentia, cum sit species eius. Inhumanitas autè est idem q̄ obduratio cõtra misericordiã.

AD QUARTUM dicendum, q̄ illa quæ ponit Aristo. sunt liberalitatis, vel auaritiæ species magis, quàm filie: potest enim aliquis dici illiberalis, vel auarus ex eo, q̄ deficit in dando: & si quidẽ parum det, vocatur parcus: si autem nihil, tenax: si cum magna difficultate det, vocatur chimiribilis, quasi chimini venditor, quia de paruis magnam vim facit. Quandoque autè aliquis dicitur illiberalis, vel auarus, quia excidit in accipiendo. & hoc dupliciter. Vno modo, quia turpiter lucratur vel vilia, & seruilia opera exercendo per illiberales operationes: vel quia de aliquibus vitiosis actibus lucratur, sicut de meretricio, vel de aliquo huiusmodi: vel quia lucratur de eo quod gratis oportet concedere, sicut vsurarij: vel quia lucratur parua cum magno labore. Alio modo, quia iniuste lucratur, vel viuis vim inferendo, sicut latrones, vel mortuos spoliant, vel ab amicis auferendo, sicut aleatores.

AD V. dicendum, quòd sicut liberalitas est circa mediocres pecunias, ita & illiberalitas. Vnde tyranni qui magna per violentiam auferunt, non dicuntur illiberales, sed iniusti.

QVAESTIO CXIX.

De prodigalitate, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de prodigalitate. Et circa hoc quaeruntur tria.

Primo, Vtrum prodigalitas auaritiæ opponatur.

Secundo, Vtrum prodigalitas sit peccatum.

Tertio, Vtrum sit grauius peccatum, quam auaritia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum prodigalitas opponatur auaritiæ.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quòd prodigalitas non opponatur auaritiæ. Opposita enim non possunt simul esse in eodem: sed aliqui sunt prodigi, & illiberales. ergo prodigalitas non opponitur auaritiæ.

Præter. Opposita sunt circa idem: sed auaritia s̄m quod opponitur liberalitati, est circa passionem quãdam, quibus homo afficitur ad pecuniam: prodigalitas autem non videtur esse circa aliquas animarum passiones: non enim afficitur circa pecunias, nec circa aliquod aliud huiusmodi. non ergo prodigalitas opponitur auaritiæ.

Præter. Peccatum principaliter recipit speciem à fine, vt supra habitum est: sed prodigalitas tenetur videtur ordinari ad aliquem bonum illicitum, propter quem bona expendat, & præcipue propter voluptates. vnde & Luc. 15. dicitur de filio prodigo, quòd dissipauit substantiam suam luxuriando.

videtur, q̄ prodigalitas magis opponatur auaritiæ, & insensibilitati, quàm auaritiæ.

SED CONTRA est, quòd * Philo. ibidem ponit prodigalitem oppositam liberalitati, quam nunc auaritam dicitur.

RESPON. Dicendum, quòd in dicto tenetur oppositio vitiorum ad virtutes: s̄m superabundantiam, & defectum auaritiæ, & prodigalitas s̄m superabundantiã, & defectum auaritiæ s̄m diuersimode. Nam in auaritiã superabundat, plus debito eas diligendo, deficit, minus debito eas diligendo: ca exteriora verò ad prodigalitem dicitur quidẽ in dando, deficere autem in accipiendo. Ad auaritiã autem pertinet deficere in dando, superabundare autem in accipiendo: vnde patet, q̄ prodigalitas auaritiæ esse opposita s̄m diuersimode.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ prodigalitas esse opposita s̄m diuersimode, ab illa liberalitate, quæ tenetur ad moderatam mediũ tenet, p̄cipua est dicitur, ad moderatam tenetur ordinatur: ita etiã auaritia, quæ tenetur ad moderatam, p̄cipue attenditur s̄m dationem. Vnde dicitur in dando, vocari prodigum, qui vocatur auarus. Contingit autem aliquando, quòd in dando, qui tamen nõ excedit